

BOLETÍN DEL CLERO  
DEL  
**OBISPADO DE LEÓN**

**OBISPADO DE LEÓN.**

A fin de obtener de Dios nuestro Señor el beneficio de la lluvia que, según se nos dice, hace suma falta á nuestros agostados campos, venimos en disponer: que hasta obtenerle, se diga en las misas que se celebren en todas las Iglesias de nuestra jurisdicción, los días que la rubrica lo permita, la oración *ad petendam pluviam*.

León, 21 de Agosto de 1893.

+ FRANCISCO, OBISPO DE LEÓN.

---


JUNTA CENTRAL DE LOS CONGRESOS CATÓLICOS  
EN ESPAÑA.—MADRID

CIRCULAR

—=—

*Excmo. e Ilmo. Sr. Presidente de la Junta Diocesana de León.*

Aproximándose el mes de Octubre, y con él la fecha señalada para que los católicos españoles vayamos unidos á Roma á dar al Santo Padre un público testimonio de nuestro filial



afecto y veneración profunda, la Junta Central se permite recordar á las Juntas diocesanas lo conveniente que ha de ser el que que cada una active sus trabajos, conforme á los acuerdos tomados y á las bases ya publicadas.

Si la peregrinación no resultara tan brillante, numerosa y bien ordenada como se promete el Sumo Pontífice, y como todos esperan de esta nación eminentemente católica, nadie culpará por ello á este pueblo, siempre grande cuando se trata de la causa de la Iglesia, y siempre dispuesto al sacrificio, si este aumenta la gloria del Vicario de Cristo en la tierra; nos culparán á nosotros y á las Juntas diocesanas, atribuyéndolo todo á nuestra falta de actividad y á nuestra habitual indolencia.

Exige, por lo mismo, el puesto de honor que voluntariamente hemos aceptado en esta empresa, que empleemos todos los medios a nuestro alcance para mejor conseguir el fin propuesto.

Al efecto, será conveniente utilizar los periódicos católicos de cada localidad, publicar en ellos las bases de la peregrinación, estimular el celo de cuantos se hallen en condiciones de tomar parte en la misma, desvanecer las sospechas mal fundadas que algunos pudieran tener respecto á las incomodidades y molestias del viaje, y en general hacer lo posible para que resulte grande esta manifestación religiosa.

Urge también que conforme á lo dispuesto en la base primera se vaya formando por cada Junta diocesana el registro de todas aquellas personas que desean tomar parte en la peregrinación, unidos á sus hermanos de la diócesis de Madrid-Alcalá; y que conforme á lo preceptuado en la base tercera, den cuenta á esta Junta Central, antes del día 8 de Septiembre, de las personas que se hayan inscrito en aquellos registros.

Del mismo modo es necesario que antes del día 15 del dicho mes se remita el importe de los billetes, más el recargo que se determina en la mencionada base tercera, por exceder del diez y siete por ciento el descuento que hay en los cambios; y también que se vaya entregando á cada peregrino el documento provisional de que habla la base quinta, á fin de que á su tiempo reciban en Madrid el billete definitivo.

Por último la Junta Central ruega encarecidamente á las Juntas diocesanas y á todas las personas que deseen formar parte de esta peregrinación, no tengan inconveniente alguno en consultarla cuantas dudas se ofrezcan, dirigiendo para ello la correspondencia al Palacio Episcopal, calle de San Justo, número 2; pues al contestarlas no hará más que cumplir la honrosa misión que gustosamente ha aceptado.

Madrid 14 de Agosto de 1893.—El Presidente, P. A. José María Caparrós, Gobernador Eclesiástico.—El Secretario interino, Cayetano Ortiz.

---

## PENAS EN QUÉ INCURREN LOS QUE FALTAN Á LA RESIDENCIA.

---

### Decreto de la Sagrada Congregación para España.

---

His sic stantibus, quia præmisa sic gesta et licentiæ predictæ concessæ fuerunt aliquibus capituloibus reclamantibus; pro parte dictorum capitulorum sic reclamantium Illmis. et Rmis. DD. Vestris supplicatur declarari sequentia: I. Supposita consuetudine ante et post Concilium Tridentinum observata quod capitula ecclesiarum cathedralium Hispania concedant earum beneficiatis et præbendatis licentiam absentiæ dicto Joanni Carrillo, et eum habere pro præsente et interessente, ac responderi de fructibus et distributionibus quotidianis ex prædictis causis? et an pro tempore dictarum absentiarum fecerit suos fructus et distributiones quotidianas suarum præbendarum, quas alias residendo et divinis interendum lucrifiunt? II. An privilegia perpetua de non residendo in beneficiis cathedralium concessa certo generi personarum, sint revocata per Concilium Tridentinum, aut per Constitutionem Pii Papa IV: quod quidem certum videtur ex cap. 2. sess. 66, *De reform.* et bulla Pii IV revocatoria privilegiorum? III. An dictus Joannes Carrillo propter dictas absentias, ad instantias majoris partis capituli sit privandus dimidia parte fructuum et distributionum pro primo anno, et

crescente contumacia, omnibus pro secundo, et denique contra eum procedi juxta decretum S. Concilii sess. 24 cap. 12.

Canonicis, et capitulo ecclesiæ Abulem.—Admodum Reve-vendi Domini,—Tria sunt, quæ per libellum his litteris adjectum nomine capitularium istius ecclesia nuper petita fuerunt decla-rari a Congregatione Illustrissimorum Patrum, qui S. Concilii Tridentini decretis interpretandis præpositi sunt. Quod attinet ad primum. ipsi Patres censuerunt capitulo non potuisse J. Carri-lo thesaurario, de quo in libello agitur, hujusmodi licentiam tri-buere: Ad secundum si privilegia ante Conc. Trid. concessa fue-rint, utique illa extitisse revocata. Ad tertium, si idem thesaura-rius ultra tres menses uno anno a servitio ecclesiæ absens fuerit dimidia parte fructuum canonicatus et thesauriatus pro illo anno privandum esse, pro secundo vero anno si eadem negligentia usus fuerit, omnibus fructibus privare debere: crescente vero contumacia in eum juxta Sacrorum Canonum constitutiones procedendum esse: omnibus vero allis distributionibus quotidiani-s pro illis horis, quibus ipse non interfuerit, utique carere debere.—Hanc Congregationis sententian vobis præscribere vo-luimus, ut illam omnino observari curetis. Deus vos incolumes servet, gratiæque suæ donis quotidie magis augeat. Romæ die 24 Augusti 1596.—HIERON. CARD. MATHIEUS «Quan decla-rationem (addit García) et litteras vidi in forma authentica.»

Collatis vero libris decretorum. S. H. D. in *lib. VIII*, *ad pag. 187 retr.* reapse hanc resolutionem inveni, quamvis sola responsio ad dubia absque specie esset ibi signata. Porro in hac *Abulem.*, quod ad rem nostram attinet signanter est notanda res-ponsio ad tertium dubium, ubi si verba obvie ac naturaliter acci-piantur, favere rigidiori sententiæ viderentur. Dicitur enim. *Si idem thesaurarius ultra tres menses uno anno a servitio ecclesiæ absens fuerit, dimidia parte fructuum canonicatus pro illo anno privandum esse.*—Et adit. *Pro secundo anno si eadem negligenter usus fuerit, omnibus fructibus privari debere.* Ubi præ-sertim illa verba «si eadem negligentia usus fuerit,» nempe, juxta contextum antecedentem, «si ultra tres meses uno anno absens fuerit», mentem, S. H. Congregationis patefacere atque apprime determinare videntur.

Quidquid tamen sentiendum occurrat circa relata resolutionem, de qua S. V. O. judicabit, certum interea est non paucos DD. aut aperte subscribere aut implicite saltem favere rigidiori sententiæ de qua modo disseritur. Ita præter Garciam *loc. cit. num. 141, 423*, est Barbosa qui in *Sum. Apost. decis. collect* 101 ita loquitur: «Canonicus si ultra tres menses uno anno à servi-tio ecclesiæ absens fuerit, dimidia parte fructuum canonicatus »pro illo anno privandum est; pro secundo vero anno, si eadem »negligentia usus fuerit, omnibus fructibus privari debet: cres-cente vero contumacia, etc. Quæ verba genuina sunt iis quæ leguntur in *Abulen*, citata, ac sensum præcisum habere videtur. Eadem, ni fallor, tenet Reiffenstuel, *lib. III, tit. IV, De cler. non resid*, § 4, num. 124, 399.

Sed aliquid fusius dicendum necesse est relata ad Pignatelliū. Ita enim, hic auctor in *consultat Canon.*, *tomo II, Consult. 4 num. 2 e 3* edisserit. «...Dispositio Tridentini Concilii »non dicit illum privandum esse qui abest per totum annum, sed »dicit non licere abesse ultra tres menses quolibet anno et sic, »ad incurriendam pœnam, satis est ut quis absit ultra tres men-ses quolibet anno. Navarrus, *Cons. 3 de cler. non resid* et, Gar-cia *De benef. part. 3, cap. 2, n. 144*. Quod autem sit germanus »sensus Concilii, patet ex eo quod dicit; privetur primo anno »medietate et secundo anno omnibus fructibus quos etiam illo »anno in quo abfuit ultra tres menses ratione residentiæ fecit »suos. Signum evidens quod etiamsi per aliquod tempus illo an-no residerit, si tamen ultra tres menses abfuerit est privandus. »Idipsum observat P. Tesaurus, *De poen. eccles., par 2 vers. Re-sidentia. cap. 3, n. 4*. Ugolinus *De offi. Episcop.*, *part. 1, cap. 19, n. 3*. Antonellus, *De regim. eccles.*, *lib. 3. cap. 12, num. 1*. Et declaravit S. Congregatio his verbis: *Si canonicus ultra tres menses uno anno a servitio ecclesiæ abfuerit, dimidia parte fructuum pro illo anno privandus est.* — Quod adeo »est ut ad effugiendam illam pœnam est necessaria quolibet anno »residentia novem mensium, ut declaravit cadem Sac. Congre-gatio *ad. d. e. 12 sess. 24*, ac tradit Squillan, *De oblig. cler. part. 1 n. 12.*»

Verba hæc, uti primo intuitu appareat, nullum dubium de

mente auctoris relinquerent si ab ipso allata fuisent in probationem alicujus suæ thesis; in præsenti vero casu res paulo aliter se habet. Pignatelli enim ea profert inter objectiones seu argumenta ad abversariis allata. Nihilominus cum ea non sint, quæ præcise ponuntur, ut deinde elucidentur et negentur; sed inserviant tantummodo ad ulteriora deducenda, et has quidem ulteriores deductiones neget Pignatelli, non vero præmissa, jam citata verba suo pondere non carent. Et re quidem vera quæstio in ea consultatione est, Episcopus possit «eodem contextu, atque unico decreto» mulctare canonicum, qui per fere tres annos absuit, privatione medietatis fructuum primi anni, integris fructibus secundi anni, et canonicatu tertii anni. Cui quæstioni jure meritoque, una cum S. H. C. auctor negative respondit. Deinde vero sibi effingens objectionem, verba superius allegata profert; ex quibus tamen, ut ipse ait, consequens contrarium suæ thesi haud potest deduci.

Et quod talis sit adamusim Pignatelli mens eruitur quoque ex *tom. IX, consul. 114, n. 15*, ubi tertio ad auctoritatem S. H. C. »appellat—ibi.—«S. Congregatio consulta quomodo privandi »essent qui ultra medietatem anni absunt a servitio ecclesiæ »prætestu quod non discesserint a civitate, respondit: Primo »anno privandos esse dimidia parte fructuum, *cap. 12 sess. 14,*» Cfr. *consul*, per totum sed præsertin n. 5, 6, 7, 8.

Cum Pignatelli aliisque concinit Castropalus, *De virtut.*, *tract. 7, disp. 3, punct. 6*, qui ita ait: «Præter supradictam »privationem distributionum, si beneficiati ultra tempus a Con- »cilio Tridentino permisum affuerint pro primo anno et prima »vice privandi sunt dimidia parte fructuum quo residendo et in- »teressendo divinis fuerint lucrati.» Accedunt Leurenus, *For.* *benef. part. 1. sect. 3., cap. 1. 424. n. 3*, citans Garciam; Gi- raldi, *De poen. eccl.*, *part. 2, cap. 3, pag. 365* pariter Garciam appellans; itemque (saltem ceu mihi videtur) Schmalzgrueber in *tit. De cleric. non resid. 2. n. 40*.

Præter hos DD., alii sunt nonnulli quos etiam consului qui tamen neque directe neque indirecte præsentem quæstionem pertractant, sed pure ac simpliciter Tridentini verba transcribunt. Tales sunt Piring, Gonzales, Card. di Luca, Maschat,

Pitonius, Benedictus XIV qui quidem tum in opere de Synodo tum in *Inst. eccles.*, præsertim 107, plura rei nostræ maxime connexa tractat, rem tamen ipsam prætermittit.

Videtur igitur sententiam rigidiorem habere pro se suffragium plurium numero doctorum, magis cohædere literæ Concilii, et esse a S. H. C., semel saltem confirmatam. Odium vero, quod rigida hæc disciplina secum fert, immunitur, si attendantur quæ Garcia *De benef.*, cap. 2. n 50, part. 3, cum alliis ad rem observat: nimis enim posse quidem Episcopum, de rigore juris, quota pœna Concilium præfinivit, eadem præcise absensem multare; attamen esse positum in discretionaria ipsius facultate pœnæ quantitatem immuinere - ibi. — «Potest tamen Episcopus hanc pœnam, ante sententiam minuere vel augere, sed non in totum tollere.

Quæ usque modo disputata sunt vim habent in supposito quod dubium Tarragonensis Præsulis versetur circa quantitatem pœne capitularibus ex negligentia absentibus imponendæ; quod quidem suppositum satis tutum apparebat præsertim ex citatione Fagnani et verbo addito prorata. — Quod si tamen dubium ejusdem Præsulis caderet potius circa tempus quo pœna sit absentibus imponenda, num scilicet elapso absentiae integro anno primo: — vel potius eo integro adhuc non elapso; jam breviter me expediām, cum DD. dissensus in hoc non habeatur.

Sufficiat recolere quæ habet Benedictus XIV. *Inst. Eccles.*, 10 § 6. n. 37 in corpore: «Quoniam Concilium ita rem prosequitur: alioquin privetur unusquisque... etc., ideo non alia putamus afferre quam quæ S. Congr. sancita voluit anno 1573: » — Quæritur de forma procedendi contra canonicos qui absunt ab ecclesia ultra tres menses, prout *cap. 12, secs. 24. Concilii;* » videlicet, an hujusmodi contumaces et absentes sint prius monendi ad residendum antequam puniantur, sicut monere mandat idem Concilium omnes curatos non residentes. — S. Congregatio censuit non esse citandos aut monendos ad residendum; sed si ultra tres menses abfuerint, tunc citandos ad allegandum quare non debeant privari secundum decretum Concilii, *sess. 24, cap. 12.* »

Exinde autem satis eluce: Episcopum posse procedere ad

normam decisionis Concilii, antequam integer annus sit elapsus.

Idem habet Garcia, qui refer idem decretum *De benefi.*, part. 3., cap. 2, *De residentia*, n. 145; Barbosa, *Summ. Apostol. decis.*, *Collat.* 101; Giraldi, *De pœnis Eccles.*, part. 2, cap. 3.

Attamen sedulo notandum venit, quod pœna privationis possit canonico infligi propter absentiam, etiamsi ipse nunc tandem resideat. Id. enim decretum invenitur a S. V. O. die 17 Februarii 1663, in una *Equipendiem* in quam Pinnatellius *l. sup. cit. discep.* 5 fuse disserit Posita enim quæstione. «An possit Episcopus canonicum nunc tandem residentem multare, etc.» S. Congregatio censuit posse Episcopum.

Hisce igitur emnibus perpensis. EE. PP. dignentur resolvere.

## DUBIUM.

*An canonico illegitime absenti ultra tempus permissum privationis pœna imponenda sit tantum elapso absentiæ integro anno primo, an etiam pro rata, anno primo absentiæ non elando.*

Die 22 Augusti 1885. Sacra Congregatio Eminentiss, S. R. C. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, reformato dubio:

I. An dimidia pars fructum qua multari debet Canonicus illegitime absens (Conc. Trid., sess. 24, cap. 12, *De reform.*) intelligenda sit de fructibus totius anni vel de rata temporis, et qualenus affirmative ad primam partem et negative ad secundam.

II. An hujusmodi pœne æque et semper imponenda sit statim ac Canonicus illegitime abest; respondit:

Ad I. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad II. *Negative*, sed ejus applicationem pendere á judicio Episcopi.

A. CARD. SERAFINI, PRÆF.

Loc. + sigilli.

+ C. Arch. Seleuc, Secr.